

differens sermone humano ad oraculoꝝ pene responsa videatur accedere. Ceterū in scriptis suis seuerus et tetricus et quod religiosorum est deuotus. Nec se eligendoꝝ et collocandoꝝ verboꝝ rationē (Id quod in scribendo primū esse debet. Et diuus Hieronimus quod optime calluit) habuisse videtur. Et vt breuiter dicam: Anselmus nihil scire potuit quod Hieronimus ignorasset. Et ecce insuper litterature simulque hebreę Hieronimus doctissimus: et diuinarū scripturarum clarissimus inter theologos habetur: nec illi quisquam potest latine dicēdi elegātia. Ideo de vite horriditate ceteri iudicet: ac in scribendo nedū Anselmū Hieronimo imparē. Sed neutrius (vt mea fert opinio) comparandū existimo: quippe qui nec grecas nec hebreas litteras nouisse traditur: et a latini eloquij ornatu nescio quid videatur dissonare. Non tamen idcirco ipsius legendū abnuerim. Sente in primis laudo: tuamque industriam ac studium in conquirendis operibus suis magno opere probo. Lū se Licero romane eloquentie parēs. ab illis quoque vetustissimis auctoribus ingeniosis quidem sed arte carentibus plurimum fateatur adiutū. Vale. Et si quid nouisti rectius istis imperti. Si non his vtere mecum.

Tu nihil inuidiam veritus nihil inde labores.

Nihil hos que nasum rhinocerotis habent.

Grande opus aggredieris: deles mendosa, recludis

Abdita. te propter queque reposta patent.

Petre diu felix merito tibi parva perhennis.

Gloria. et eternum nomen ad astra. vale.

Vita beati Anselmi.

Provinciam vite beati anselmi: gestaque simul memoratu digna hoc in loco capescere phas esset: nisi humanissimus vir Johānes Ioffelholz suis in litteris superioribus quibus de illis satisfecisset. Dedit enim quibus moribus: qua religione vir dei sanctus in huiusmodi erga sculo vitam instituit. obseruauit tamen legem epistole: cui breuitas placet: et quedam que minus ydonea recensenda sibi visa sunt singulari studio reliquit. Ne autē negligentie iniuria lectorem in minimo deterreat: ea que per eum dimissa sunt illis annectere statuimus. **L**ōstat beatum Anselmum ac vehementissima fama in hūc usque diem conualuit. **M**atum educatumque esse in confinij longobardie ac Burgūdie Parentibus que mediocris fortune. **A** matre humili genere. **P**atre vero opifice hic per litteris traditus et in breui plurimū doctrina creuit. **E**gregia indole scunabula hausit. et spiritus sancto opitulante post quādecimū sue etatis annū. vitā diuinā sibi instituire statuit. **S**olū natale egrediens: vitā monasticam induit: et in districtum cluniacense peruenit. **I**n quo monasterium sancti Benedicti situm erat: nomine beccense: cui lanfrancus vir deuotus presuit. **Q**ui prefatum Anselmum in monachum induit ac suscepit. **E**t haut longe post defuncto Lanfranco in abbatem huiusce monasterij eligitur. **I**n quo et plures libros que doctissime edidit. **V**acante autem sede cantuariorum in Archiepiscopum postulatur: cuius erat diligentissimus presul et antistes: porro vitam deo caram studuit. **T**andem astra conscendit. **S**cripsit autem beatus Anselmus hec parua opuscula: sicut Vincentius refert. **P**rologion id est alloquium de deo: scripsit et monologion id est soliloquium de sancta Trinitate. **D**e veritate. **D**e concordia liberi arbitrij. et prescientie atque predestinationis: nec non et gratie. **D**e casu diaboli. **D**e peccato originali. **D**e Incarnatione verbi. **D**e sacramento altaris: de azimo. **E**xpositōes actuum et vestimentoꝝ dei. **L**ur deus homo. **A** meditationes. **E**xtāt quoque eple eius ad diuersas personas scripte.